UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Tractatus de Peremptione instantie, per Do. Bar. a Saxofer. legum doct. super l. properandum. C. de iudi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

de verbo ad verbum, vna ſyllaba nō detracta, in operibus Sādini in rubr. de queſtionib. ⁊ tormē. ⁊ male fecit Angel. de Areti allegare Bar. in iſto tracta. Sed in rei veritate iſte tracta. eſt Bar. vt infra dicam. Nec obſt. ratio do. Augu. vbi dicit. qȯ iſte tracta. eſt inſertus in opere Sandini, ⁊ ꝙ qui inſeruit male fecit ex quo non eſt opus do. Alb. Sandini, ⁊ ꝙ ſit verum apparet: qꝛ in dicto opere in rubr. de queſtionib. ⁊ tormē. in ver. ſed quid ſi iudex. in fin. alleg. Cyn. in l. Gracchus. C. de adul. ⁊ cōſtat autē Cyn. fuiſſe per multa tēpora poſt do Albertum, ⁊ ideo male d. Aug. reprehendit Angel. de Are. Alij autem dicunt, quod iſte tracta. eſt Guidonis de Suzaria ⁊ eſt inſertus in tract. de ordine maleficiorum, ⁊c. in v. parte, in rubr de modo in tortura ſeruādo. Cui etiam fecit additiones de anno domini, Mcccclxxxviij. do. Ludoui. Bologni. Bononien. tamen in rei veritate non eſt do. Guidōis, per rationes ſ. allega. ⁊ dom. Guido fuit ante do. Alber. de Sandino per multa tempora. Concludo ergo, qȯ iſte tractatus eſt domi. Bar. a Saxoferra. ⁊ ita pro tractatu Bart. alleg. domi. Angel. de Aret. in ſuo libr. maleficiorum in verſi fama publica. ⁊ domin. Alexan. in conſil. j. in primo volum. incip. in cauſa inquiſitionis formate. qȯ eſt duplicatum in conſil. xciij. in eod. volu. vbi etiam dicit, quod Barto. compoſuit iſtum tractatū licet aliquando dubitauerim, an fuerit ab eo editus, ⁊ etiā pro tractat. Bar. allegat idem Alexād. in dicta l. prima. § ſi ſeruus. ⁊ in §. diuus Seuerus. ff de queſtionibus. ⁊ in lege, vnius. §. reus. ⁊ in l. qui fine. ⁊ in l. final. ff. eod. titul. ⁊ in l. milites. C. de queſtionib. in additionibus ⁊ appoſtillis Bar. ⁊ in conſilio primo, in ij. volu. incip. viſo. proceſſu inquiſitionis formate. vbi alleg. Bart. in iſto tract. ⁊ dicit, ꝙ incipit, de queſtionibus plenius tractaturi, ⁊ ita incipit ⁊ idē Alexād. in l. cēturio. ff. de vul. ⁊ pupil. vbi allegat. Bar. in iſto tracta. ⁊ dicit, qȯ ſibi attribuit. ⁊ pro tractatu Bar. allegat etiā dominus Paris de Puteo in ſuo tract. de ſyndicatu. multis in locis. Ex quibus ſequitur qȯ iſte tractatus eſt Bar. ex quo etiam tanti doc. eum alleg. ego in libris antiquiſſimis manu ſcriptis ⁊ maxime in primo volumine conſilio. diuerſo. doct. in ij. fo. ⁊ in vigeſimo volum. in fo. cix. in ſupraſcriptione dicitur incip. tracta. Barto. a Saxoferra. de queſtionib. Et adde quod do. Anton. de Canario doctor ſingularis compoſuit: ⁊ ipſe tractat. de queſtionib. ⁊ tormentis incip. queſtionum ſeu tormentorum materiam vtilēm, ⁊c.

b Th. ¶ Quero que. Vide Alexand. in l. j. §. ijdem Cornelio Proculo. ff. de queſt. in addi. Barto. ⁊ l. vnius. §. reus. ff. eod titu. ⁊ l. qui fine. in verſi. veniamus. eod. titu.

c ¶ Determinatum. Vide Ange. de aret. in tract. maleficiorum, in ver. fama publica.

d ¶ Demum reſtat. Vide Alex. in l. ſi. ff. de queſtio. in addi. Bar. ⁊ ibi dictum ponas hic.

e ¶ Sed quid. Vide Alexand. in l. prima. §. ſi ſeruus. in addit. ff. de queſtionib.

f ¶ Sed quid. Vide in lege, qui fine. ff. de queſtionibus. in additio. Bartol.

g ¶ Precedentib. indicijs. Vide Alex. in cōſ. j. in ij. vol. viſo. proceſſu, cum concor. de quibus ibi per euȝ. ⁊ in conſ. v. ⁊ in cōſ. xciij. quod incip. in cauſa inquiſitionis. in j. vol. ⁊ in l. qui aliena. §. Celſus. in vlt. col. ff. de acqui. hered. ⁊ vide plene per Felyn. in c. qualiter. ij. in §. licet. de accu. Barba. in conſi. vlt. in ij. volum.

h ⁊ Cal. in conſ. j. in tit. quod met. cau.

¶ Militie. Vide Alexand. in l. milites. C. eod in apo. Bar. vbi alleg. Bar. hic, ⁊ Alexand. in l. centurio. ff. de vul. ⁊ pup. vbi ꝑ le ne ponit de veritate iſtius queſtionis.

Tracta. de Cicatricibus[a].

a Do. Bartol. a Saxofer.

In prebendo rectum iudiciū, nūquid ex vulnere ſit remanſura cicatrix, ſcdm indigentiā ſtatuti ciuitatis Flor. plura videntur cōſideranda. Primo, quid ſit cicatrix. Cicatrix igitur eſt quedam effigies vulneris faciem deformans. quaſi dicatur a ceco cecas, id eſt, cecans faciē vel deformans ſeu formam extinguēs. Hoc probatur ff. de viſufruct. l. locum. §. j. ibi, nec ſeruum cicatricibus deformare. ⁊c. de his qui deie. vel effu. l ſi. ibi, cicatricum aūt aut deformitatis nulla, ⁊c. Secundo eſt conſiderādum quod ad hoc vt effigies hēat nomen cicatricis, dȝ eſſe in apparenti loco corporis, alias bene poſſet eſſe effigies deformans corpus, ſed nō diceretur cicatrix. Hoc probatur ff. de edi. edi. l. queritur. §. fin. ibi, aut qui cicatricē euidentē ⁊ periculoſam, ⁊c. ⁊ ibi dicā. ⁊ l. ſi. ff. de his qui deie. vbi inter cicatricē ⁊ deformationē ponitur diſiunctiua: qꝛ non quelibet deformitas eſt cicatrix. Hoc etiam eſt expreſſum in propoſito in d. ſtatuto tractante de materia. qꝛ de effigie remanēte in facie loquitur. Tertio notandū eſt, quod effigies debet eſſe apparēs ad hoc vt cicatricis nomen habere mereatur, vt probatur in d. l. queritur. §. ſi. ⁊ eſt expreſſum in d. ſtatuto. Nā exigit faciē eſſe vituperatā per apparentem cicatricem. Ex hoc infero, qȯ licet perpetuo effigies eſſet remanſura in facie, ſi non manifeſte diſcerneretur: ſed per quandam ſubtilem inſpectionem, non eſſet ſatiſfactum ſtatuto: qꝛ nō eſſet vituperata facies per apparentē cicatricem. Quarto eſt conſiderandū, ꝙ ſtatutū requirit, ꝙ vituperatio faciei ſequatur ex vulnere per cicatricē apparentē, id eſt, poſt omnē curam pfectā ex illo vulnere ſit perpetuo remanſura apparēs effigies cicatricis. can. ventum eſt ad tertiam queſtionem. in prin. j. q. j. de perpetuitate loquor. qꝛ verba legis que ſine determinatione proferūtur perpetuitatem ſignificant. Et qꝛ vbi effigies non eſſet perpetuo remāſura, non diceretur eſſe remanſuram cicatricem, ſed potius diceretur nondū perfecte curatam: ⁊ dictum ſtatutū eſt intelligēdum de effigie remanente poſt omnem perfectam curam, alias abſurda eſſet eius diſpoſitio, qꝛ ex quolibet vulnere illato in facie vituperatur facies ante curam perfectā, ⁊ licet ſolidatum ſit vulnus, tamē remanet quedā macula, donec perfecte curetur, ⁊ de his ſtatutum non loquitur. Dicitur ergo cicatrix, propter illa que remanent poſt ſanatum vulnus. j. q. j. d. cano. ventum. Et ideo per cicatrices dicuntur homines dignoſci. l. ij. §. ſi. de ſer. fug. Item no. per predicta, qȯ ſi per ſtatutū pena duplicatur pro cicatrice deformante, nō ſufficit formari inquiſitionē, vel accuſationem de cicatrice ſimpliciter, ſed formari debet de cicatrice deformante, ⁊ facit ff. de vſufr. l. locū. § j. quod no. qꝛ quotidianū eſt. Quinto eſt conſiderandū, ꝙ ſi ex negligentia, vel imperitia medici remaneret cicatrix, nō eſſet locus d. ſtatuto. Nā vt ſtatuto ſatiſfiat, requiritur ꝙ vulnus illatū ſit cauſa immediata, ⁊ neceſſaria cicatricis, alias nō dicit̄ ſequi ex vulnere: qꝛ dictio, ex, denotat cām proximā. l. ex eo tēpore. in ſi. ff. de pen. ⁊ in qualibet legis diſpoſitione cauſa proxima eſt conſideranda potius, quam remota, ff. quod me. cau. l. metum aūt preſentem. §. ſed lȝ. Sed cicatrix que remanet ex mala cura imperiti medici, non dicitur ſequi ex vulnere, attenta cauſa proxima. ſicut dicimus in morte, quando vulnus ex ſui natura nō eſt letale, nam tunc vulnerans non tenetur de morte, licet vulneratus ex imperitia medici ſit mortuus. l. qui occidit. §. fin. ff. ad le. Aqui. vbi caſus eſt de hoc. Quibus omnibus mature cōſideratis diſcretus medicus bene diſcernet, nūquid ex vulnere ſequatur vituperatio faciei, afferēdo cicatricem necne, ⁊ ſanum ⁊ rectum conſilium poteris exhibere. Bar.

ADDITIO.

a Tho. Di. ¶ Tractatus de cicatricibus. Iſtum tracta. inueni in xx. vol. cōſi. diuerſorū doc. in fo. clxj. vbi dicit̄, ꝙ eſt Bar. a Saxoferrato. ⁊ de materia iſti⁹ trac. vide per Ang. de Peruſ. in l. extat. in prin. ff. ꝙ me. cau. ⁊ i l. q̄rit, §. ſi. ff. de edi. edic. ⁊ in cōſi. cxlv ſuper primo. ⁊ ibi plene videas. ⁊ Catald. in ſuo trac. ſyndicatus in q. cxix. ⁊ plenius per Ang. de Are. in tract. maleficiorum. in ver. cicatrix. ⁊ per Jo. de Ana. in c. cum ex iniuncto. de here.

Tractatus de Peremptione inſtantie[a], per Do. Bar. a Saxofer. legum doct. ſuper l. properandum. C. de iudi.

Quia l. properandū. C. de iud. cauetur, ꝙ iudex elapſo triēnio, cuȝ inſtātia cauſe perempta ſit, non poteſt vltra terminum illū pronunciare. dicit enim circa prin. lites vltra biennij metas poſt litē cōteſtataȝ nō eſſe protrahēdas. Et in j §. ſin autem vtraque. dicit intra dictū terminum iudicem non terminantē puniri, ⁊ eſſe eum ab officio remouēdū, ⁊ in vlt. §. dicit ꝙ actor cadat id eſt, ab inſtātia cauſe ſeu iudicij. Sȝ pone, retēto eodē themate, qȯ ſtatuto cauet̄, qȯ iudex teneatur terminare cām intra menſem ſub certa pena: iudex intra dictū terminū nō terminat, an erit inſtātia cauſe perempta: Et videtur, ꝙ ſic: quia iſtud paruum tēpus ſuccedit loco trienij. vn-

de ſicut poſt illud tempus pronunciare non poteſt, ita nec poſt iſtud, ſicut cum accidit quod tempus, ⁊ quicquid loco alterius ſubrogatur, eodē iure vtitur quo vtebatur illud, in cuius locũ ſubrogatur. vt C. de tēp. appel. l. fi. ⁊ ff. de iudic. l. mortuo iudice. ⁊ C. de cōpenſa. l. ij. ⁊ ff. de ſeruo corrup. l. hec actio cũ l. ſeq. ⁊ ff. ad leg. Iul. pec. l. iij. Preterea, cum lex concedit intra menſem terminari videtur de maiori tempore prohibere, vt ff. de legib. l. cuꝫ lex. hoc idem facit iudex, C. de infa. l. ⁊ ſi ſeuerior. ff. de poſtu. l. Imperator. Idem facit pactio contrahentium, vt ff. de diſtrac. pign. l. ſi creditor. §. illud. ⁊ ff. p ſoc. l. ſi fratres. §. ſi quis ſocietatē. ⁊ hoc video i arbitratore, vt C. de arb. l. j. verſ. ſꝫ ſi vltra. ff. de edil. edic. l. qd ſi nolit. in fin. Ecōtra videtur, ꝙ d. l. properādũ. duo dicat. Primum. ſ. qd intra terminũ cauſa finiatur, hoc tēpus per ſtatutum eſt abbreuiatum. Secundo, qd inſtantia cauſe pereat elapſo triēnio, ſed de hoc lex municipalis nihil dicit. Tertio ſtabitur iuri communi quantum ad periclitationē inſtantie, quia in caſu nō eſt correcta, arg. C. de appel. l. precipimus. in fi. ⁊ in auth. de armis. §. fi. C. de edifi. priu. l. fi. qd enim non mutatur, ⁊c. C. de teſtā. l. ſancimus. ⁊ C. de impo. luc. deſcr. lib. x. l. j. ⁊ xxvij. q. ij. c. lex diuine cōſtitutionis. nam ſi fiat vna offenſio parti que voluerit ſuum negotium expedire, non debet in alio offendi ſcilicet quod cauſa inſtantie pereat, quia non debet duplici dāno affligi, vt ff. naut. cau. ſtab. l. licet. §. fi. ⁊ ne quid in loco publi. l. j. ⁊ C. de naui. l. j. lib. xj. Male enim facit iudex, qui intra terminũ nō facit, ſed hoc malum duplicaretur ſi hoc nullo tempore faceret, arg. ff. de arb. l. Celſus. Video enim qd melius eſt moram purgare. ⁊ poſt terminum facere qd in termino facere debuit, quam addere moram more ⁊ non facere intra terminum vt ff. de verb. oblig. l. cōtinuus. §. itē ſi nō incohoat opus. ⁊ ff. ſi quis cau. l. ⁊ ſi poſt tres. Mihi enim videtur quod inſtātia non pereat, vt videtur lex expreſſa. C. vt tam ciui. quam crimi. l. j. a fi. ⁊ ar. ff. de leg. j. l. res obligata, in fi. ⁊ pro ⁊ contra notari videtur. C. ad leg. Falc. auth. ſed cum teſtator in fi. Vel poſſumus diſtinguere aut tēpus elapſuꝫ eſt dolo vel negligentia litigantis, ⁊ tunc doloſus vel negligēs imputet ſibi: aut opera iudicis vel impotētia facti, quo caſu nō debet obeſſe partibus. ar. ff. de colla. bo. l. j. §. fi. ⁊ in authē. vt ſpō. larg. §. illud. ⁊ extra de reſcrip. c. ex literis. ⁊ C. de tempo. in integ. reſt. l. pe. tamen puto meliorem ſententiam Bartl. Phan. tamē Lipobus de Cremona dicit, quod pro prima parte facit, qꝛ iudex videtur datus a lege ad tēpus, in illis cauſis, quaſi ſtatutuꝫ mandat terminari intra menſem. Nam poſt ipſius temporis lapſum iudicare non poteſt. ff. de iud. l. ij. §. ſed ſi iudex ad tēpus. ⁊ C. quando prouoc. non eſt neceſſ. l. cum nō eo die. poſt quaſi in illa cauſa priuatus, ⁊ ſic iuriſdictionem nō habet. ff. de iur. omn. iudi. l. eum qui. §. j. Preterea poſt fatalia iudex appellationis iudicare non poteſt. vt C. de appella. l. eos. ⁊ ſic ⁊ in propoſito iudex poſt illud tēpus iudicare non poteſt. Preterea, vbi lex mandat cauſam finiri minori tempore quaꝫ triennio, puta anno, per illud anni elapſum expirat inſtantia, ſicut per elapſum triennij, vt C. de naui. l. j. lib. vj. ſic etiam ⁊ eadem ratio eſſet in iſto tempore vnius menſis, ergo poſt iudicare non poterit: quia vltra non durat. Facit ad hoc. C. quomod. ⁊ quādo iudex, authē. qui ſemel. ⁊ ff. de excuſ. tut. l. quinquaginta. ⁊ C. de aſſer. tol. l. j. §. ſciētes, ꝙ ſi poſt. Pro ſecunda parte facit, quia per dictum ſtatutum pena imponitur iudici cauſam intra menſem non terminanti. Unde lex videtur eſſe cōtenta executione pene, ſi autem vltra tēpus predictum pronunciet, tenebit ſententia. nam quādo lex aliquid mandat ⁊ prohibet, ⁊ non ſtat in finibus ſuis ſed vltra procedit ad pene impoſitionem: quod tamen fit valet: ſed pena debetur, vt no. C. de legib. l. non dubiũ. Simile videtur in eo, qui tenetur ex promiſſione aliquid facere, ⁊ apponitur ei pena ſi contra fiat, quod ſola pena debetur, niſi ſit dictum, rato manente pacto, ⁊c. vt not. ff. de tranſact. l. qui fidem. Preterea video quod iudex appellationis poſt tempora ad agendum data condemnat appellantem in expenſis, vt extra de reſcrip. c. ex parte. Et ad hoc facit. ff. de pac. l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ff. de iudic. vbi iudex appellationis etiam poſt renunciationem appellationis remanet iudex. dicitur enim ibi, iudex appellatiōis nullo alio de principali cauſa diſcuſſo, iuſtam conuentionem, veluti confeſſi, ſequetur. Sequitur ergo quod remanſerat iudex, ſic videtur in eo qui poſt temporis reſtitutionem per ſententiam reſtituitur. Nā tum ſententia licet contra ius litigatoris data videatur, vt not. C. de tempo. in integ. reſtit. l. ſuperuacuā. tamē in propoſito, poſt tempora ſtatuta poſſet iudex per ſententiam terminare. Mihi autem videtur, quod quādo queritur an per lapſum temporis pereat inſtantia cauſe, poſſit diſtingui, quia tempus diffiniēdi cauſam imponitur per legem ciuilem, aut municipalem iudici tantum, aut cauſe, aut parti, aut iudici ⁊ cauſe: ſi imponitur iudici tātum, ſiue adijciatur ei pena, ſiue non, inſtantia cauſe non perit per terminum lapſum. ſic loquitur C. vt tam ciui quam crimi. l. j. in fin. vbi enim tempus datur iudici xxx. dierum, intra quod terminet cauſam, ⁊ eidem pena imponitur, vltra id tempus tamen poteſt terminare. ſimili modo ſi tempus iudici imponitur, ⁊ non pena, vt C. de edific. priua. l. fin. ſic ⁊ in caſu noſtro per legem municipalem iudici imponitur tempus ⁊ nō cauſe: ⁊ ideo videtur mihi dicendum quod per lapſum illius temporis, inſtantia nō pereat. Si autem tempus imponitur tantum cauſe, tũc expirat inſtantia per lapſum temporis, vltra enim illud inſtantia cauſe viuere non poteſt. dicitur enim illud tempus factum, id eſt, finis vt C. de temp. appel. l. temporum fataliũ ⁊ C. de aduo. diuer. iu. l. aduocati. ⁊ de iſto tēpore dato ⁊ impoſito cauſe loquitur. C. ad leg. Falcid. auth. ſed cum teſtator, ibi enim in fin. dicitur, nulla tarditate cauſa lium queſtionuꝫ excedat annum. ⁊c. ſic loquitur etiam authē. vt cle. apud propr. epiſcopos. §. ſi tamē. ⁊ in auth. qui ſemel. C. quo. ⁊ quand. iudex. ⁊ Cy. de temp. appell. auth. ei qui appellat ⁊ l. fi. §. illud. ⁊ idem eſt in omnibus, in quibus ſtatuuntur tēpora parti ad ſuam cauſam diffiniēdam vt C. de dolo. l. fi. ⁊ ff. ne de ſtatu defunct. l. ij. § fin. ⁊ C. de temp. in integr. reſtit. l. fin. Si autem imponitur tempus iudici ⁊ cauſe indubitāter finitur inſtantia per lapſum temporis, ſic loquitur proprie dicta lex, properanduꝫ. ⁊ C. vt intra certum tempus criminal. queſt. l. fin. ⁊ C. de naucul. l. de ſubmerſis. libr. xj. ⁊ ad predictam diſt. reducatis omnes leges de hac materia tractantes. Amen.

ADDITIO.

a Th. Dip. ¶ Tractatus de peremptione inſtantie. Adde quod iſtum tracta. inueni in vigeſimo. libr. conſi. diuerſo. doctoꝝ, vbi dicitur, tractatum de peremptione inſtantie, compilatum per Barto. a Saxoferrato, legum doct. ſuper l. properandum. C. de iudi. Et de materia, vide an ſtatuta que limitant inſtantiam cauſarum vſque ad duos vel tres menſes, an talis inſtātia, ſtatuto limitata poſſet prorogari vſque ad tempus iuris communis, vide Ioan. And. in addi. Specu. in titulo de appel. §. nunc breuiter. ver. illud autem. Ioan. de Imo. ⁊ Mod. in l. iiij. in princip. ff. de dam. infec. Sal. Alexand. ⁊ dominum Iaſon. in l. properandum. in princip. C. de iudic. ⁊ Alexand. in conſilio xxiij. in quarto volum. inſpecto proceſſu cauſe inter dom. Iacob.

Tractatus de Iudice ſuſpecto [a] recuſando domini Bartoli, alias eſt conſilium.

a QUia ſub ſuſpecto iudice eſt periculoſuꝫ litigare, ideo vidēdũ eſt in quibus caſibus iudices recuſari poſſunt. Primo ſi ſit aduocatus in eadem cauſa: vel ſi ſit conſanguineus impetrantis, vt extra de appel. ca. poſtremo. Iteꝫ ſi iudex eſt vaſallus impetrantis, argumen. xxij. q. v. c. de forma fidelitatis extra vt lit. non conteſt. c. accedēs. Iteꝫ ſi impetrans eſt familiaris illius, qui eſt familiaris eius, ad quem literas impetrauit, vt in capit. inſinuante R. rectore. extra de officio deleg. Item ſi impetrans eſt affinis iudici. ff. de iure iu. l. lex Cornelia. in princ. ⁊ extra de eta. ⁊ qual. c. tua. Et idē videtur ſi impetrans eſt multum amicus iudicis, ⁊ extra de ſimo. c. nobis. Item ſi, iudex receperat iniuriam ab impetrante, quibus eſſet veriſimile quod eius animus poſſet remouere, extra de ſimo. c. ſi quidem Item, ſi iudex eſt ſuffraganeus impetrantis, vt extra, vt lite non conteſta. c. accedens. Et eſt ratio, quoniam ſuffraganeus poteſt recuſari, quia ſubditus impetrantis. Pari ratione poſſet recuſari quilibet ſubditus abbatis, ſi abbas in iudicem impetrat, ⁊ idem dico generaliter vbicunque prelatus impetrat in iudicem ſuum vel quilibet dominus ſubditum ſuum. Item, ſi iudex eſt conſanguineus illius qui eſt inimicus impetrantis, ⁊ dico inimicũ, qui violenter deiecit eum de poſſeſſione ſua, vt in d. c. accedens ⁊ in c. item cũ quis dicit ſe de poſſeſſione. de reſti. ſpo. Idem dico generaliter, vbicunque iudex eſt inimicus impetrantis, extra de appe. c. secũdo requiris, ⁊ dico generaliter inimicos qui in ſecreto ⁊ in publico interrogati dicunt, quod ſunt inimici illius contra quē ſunt litere impetrate, vel quod non diligunt eum, extra de accu. c. inquiſitionis. vel ſi dicunt, quod libenter nocerent ei contra quē ſunt litere impetrate vt extra de offi. deleg. c. cũ ſuper abbatia. alijs modis poterit cōſtare tam de facti offenſiōe quā expreſſione ſtatuti alicuius. Itē, ſi iudices habent cauſaꝫ cōtra illũ, cōtra quem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN